INDEX SCHOLARVM

IN VNIVERSITATE LITTERARIA FRIDERICIANA

HALENSI CVM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

PER AESTATEM

ANNI MDCCCXLIIII

INDE A DIE **XXIX APRILIS** VSQVE AD DIEM **XXI SEPTEMBRIS**

PVBLICE PRIVATIMQVE

HABENDARVM.

Inest fragmentum lexici rhetorici emandatius editum et adnotatione illustratum.

HALAE

TYPIS HENDELIANIS.

VNIVERSITATIS FRIDERICIANAE

PRORECTOR

LVDOVICVS PERNICE

CVM SENATV

S. D.

CIVIBVS SVIS.

Cum indici scholarum nunc ipsum illustrium quorundam nominum accessione aucto esset more maiorum prooemium praemittendum, quod ad communes litteras pertineret: visum est typis describendum tradere fragmentum quoddam lexici rhetorici curis nostris emendatum, ut adolescentes, quorum studia acuere et incendere deberemus, haberent in iis, quae aut plane relicta a nobis essent, aut nobis minus feliciter cessissent, in quibus suas ipsorum vires experirentur. Adiecerat illud *Dobreus* Photii lexico, quod ab *Ricardo Porsono* e codice Galeano descriptum Cantabrigiae anno h. s. vicesimo altero ediderat; idemque anno tertio et vicesimo una cum illo lexico Lipsienses operae repetiverant. Neque nobis in hoc emendandi periculo faciendo aliud ad manus erat subsidium quam tum Cantabrigiense tum Lipsiense exemplum. Quodsi forte acciderit, ut quae nobis videamur primi intellexisse, occupata iam sint ab aliis, ea omnia rogamus ut ad suos auctores referantur, ut si qua sit inventionis laus, ea principes inventores integra per nos perfruantur.

Sed ante omnia perscribamus, quae Dobreus ipse de eo fragmento praedicavit praefat. p. X. sq. „*Adieci fragmentum lexici rhetorici, optimae quidem notae, sed misere foedatum et cum nullius momenti glossis permixtum. Ascripsit alia manus marginibus Harpocrationis Bibl. Publ. Cantab. Dd.* 4

63. *Accessiones ineditas ad Harpocrationem e Bibl. Reg.*[1]) *Cant.* vocat *Taylorus*[2]) *ad Oratores, operis scilicet nondum contracti particulas ratus. In eadem sententia fuisse Porsonum e Burneio, ni fallor, audivi. Scribae manus etsi non inelegans compendiis plena est, quae flavescente atramento vereor ne subinde me eluserint, quamvis chartas meas summa cum cura bis ad codicem exegerim. Ipse autem vides, me omnia, bona, mala, sana, corrupta, sine mutatione hic sistere voluisse.*“

Verum falsos esse Taylorum et Porsonum, neque id fragmentum integriori et ampliori Harpocrationi depromptum sed generis plane ab Harpocrationeo lexico diversi esse non operosa res est demonstraturo. Etenim illud in commentatione de lexicis rhetoricis satis effecisse nobis videmur, distinguenda diligenter esse duo lexicorum rhetoricorum genera, unum eorum, quae sub Caesare et Augusto condi coepta neque glossas continerent ullas, nisi quae essent decem oratorum Atticorum, neque illis glossis explicandis scriptores Tiberio posteriores adhiberent; alterum eorum, quae sub Hadriano institui coepta paterent latius et omnem fere Atticorum pedestris orationis proprietatem comprehenderent; illius generis esse Harpocrationis lexicon, huius generis fuisse lexicon Aelii Dionysii et Pausaniae. Iam vero quod nunc typis repetimus fragmentum, ad posterius genus lexicorum rhetoricorum referendum neque cum Harpocratione et id genus lexicis comparandum esse apparebit dubitantibus, si modo contulerint glossas *ἀγωγεύς* **663, 1.** *ἀγωνία* ib. **9.** *ἀγωνοθέτης* ib. **13.** *ἀγαυρὸς* ib. **14.** *ἀγήτωρ* ib. **15.** *ἀγύρτης* ib. **17.** *ἀβροχίτων* ib. **18.** *ἀγών* ib. **19.** *ἀγυιά* **664, 2.** *ἀγνώμονες* ib. **1.** *ἀγορά* ib. **10.** *ἀγωγή* ib. **13.** *ἄτοπον* **665, 1.** *ἔκκλητον* **668, 3.** *ἐπιθαυμάζειν* **669, 26.** *ἱερὸς γάμος* **670, 29.** *νυμφαγωγούς* **673, 23.** *παρηγοροῦμαι* **676, 17.** et quae de discrimine inter *ἀγωνοθέτην* et *ἀθλοθέτην* **665, 12**, inter *ἄγροικον* et *ἀγροῖκον* **664, 4**, inter *ἐπιτολὴν* et *ἀνατολήν* **669, 9**, inter *ὅρον* et *ὁρισμόν* **674, 13**, inter *ὀροσάγγην*, *σαγγάνδην* et *παρασάγγην* ib. **19.** traduntur; ea enim omnia ab decem orato-

---

[1]) „Bibliotheca Ioannis Mori Episcopi Eliensis, quam possidet academia e „munificentia“ vere „regia“ Georgii Primi. Dobr.

[2]) Cf., ut his utar, quae *Taylorus* tum in Lect. Lys. p. 298. ed. *Reisk.* posuit, ubi quae hic grammaticus p. 669, 19. de *ἀργίας* iudicio habet, tamquam „Harpocrationis articulum ineditum“ laudat, tum quae in adnotatione in *Demosth.* or. c. Mid. p. 563. ed. Reisk. de *προβολῆς* iudicio ex hoc grammatico disseruit, descripta a me in adnotatione ad p. 673, 23. Meier.

rum lexicis longissime absunt et glossarii potius sunt aut Platonici, ut *ἀγνώμονες* et *ἄτοπον*, aut comici, ut *ἐπιθαυμάζειν*, aut tragici, ut *ἔκκλητον*, aut epici ut *ἀγών*, aut commentarii de differentiis verborum, ut *ἀγωνοθέτης, ἄγροικος, ἐπιτολή, ὅρος, ὀροσάγγης*. Ex scriptoribus quidem, quibus in hoc fragmento testimonium denunciatur, qui novissimus est Irenaeus, sive Minucius Pacatus, commentarii in Herodotum auctor (675, 4.), sane olim ad Hadriani tempora referebatur, sed Ritschelio, qui eum Augusti fere aequalem facit, calculum iam in commentat. de lexic. rhetor. p. X. addidimus; hinc igitur in neutram partem quidquam effici potest. At vero ipsae glossae adeo sunt bonae mixtae malis, ut integrum opus, cuius illa est particula, ne cum Pausaniae quidem aut Aelii Dionysii lexicis comparaverim, sed, si quid coniectare possumus, non melioris notae fuisse credamus, quam rhetoricum lexicon illud, quod Im. Bekkerus in Anecdotis publici iuris fecit.

In contextu, qui vocatur, constituendo quid consilii Dobreus secutus sit, ipsius verbis supra expositum est, eumque, ut in principe editione, recte egisse peritissimi quique iudicarunt. Nobis alia via ineunda erat; emendationes igitur, de quarum veritate dubitari non posse videretur, in ipsum verborum ordinem recepimus; quae vero apparerent dubitationi obnoxiae esse, eas in adnotationem relegavimus; ut autem etiam de illis suum esset legentibus iudicium, codicis scripturam sedulo adnotavimus, ubicumque ab ea abscessissemus, nisi quod tum subscriptum iota in codice ubique fere omissum tacite adiecimus, tum accentus et distinctionis vitia tacite correximus, initialem autem litteram, ubicumque abesset ab libro, cancelli signo addito adscripsimus.

Scribebamus Hal. Saxonic. a. d. XII. Cal. Mart. MDCCCXXXXIIII.

663.

'ΑΓΩΓΕῪΣ: ὁ ἐνάγων τὴν δίκην, ὁ διώκων, καὶ ὁ λῶρος ἐνάγονται οἱ ἱππεῖς.

'Α]γραφίου δίκη: κατὰ τοῦ τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ ἐγγράψαντος καὶ τὸν τὸ ῥητὸν ἀποδόντα οἷς ὤφειλεν.

[663, 1.] Pro *ἐνάγονται* rescribendum esse *ᾧ ἐπάγονται* docet *Phryn.* P. S. p. 22, 20; alioquin propter similes glossas *Suidae*, *Photii* et *Bekk.* Anecd. 337, 17 suspicere: *ᾧ ἄγονται*. Ceterum significationum, quae hic commemorantur, neutra in usum oratorum Atticorum cadit, sed prior sequioris est aetatis, quae *ἀγωγὴν* et *ἐναγωγὴν* de iudiciali actione, *ἐνάγειν* autem de ea instituenda dicebat; posterior autem comicorum poetarum fuerit, ut Strattidis.

[663, 2.] *'Αγραφίου* iudicio grammaticorum quidem reliquorum paene consentiens sententia est *aerarii debitorem* esse arcessitum, neque discrepant illi nisi ea in re, quod cum eorum plerique id iudicium ad eum aerarii

'Αντιδόσεως: ὅταν τις προκληθεὶς εἰς λειτουργίαν ἀποφαίνῃ ἕτερον εὐπορώτερον ἑαυτοῦ· προκαλει . . . . αὐτὸν . ειτουργεῖν, ἢ, δόντα μὲν τὴν οὐσίαν τὴν ἑαυτοῦ, λαβόντα δὲ τὴν ἐκείνου α . . . . . λάχθαι.

'Α]γωνία: φόβος πτώσεως ἢ ἥττης, ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος ἀπιέναι, καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἁπλοῦ φόβου· Ξενοφῶν δὲ τὸ ἀγωνία ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος· ὡς ἐν τῷ ἀγῶνι ὁ φόβος.

'Α]γωνοθέτης: ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς· ἀθλοθέτης, ὁ ἐν τοῖς γυμνικοῖς.

---

debitorem pertinuisse velint, cuius esset nomen in tabulis aerariorum dolo malo expunctum, antequam expediret debitum, Hesychius ea accusatione petitum esse tradit, quicumque aerarius cum esset, prohibuisset dolo malo quominus nomen suum in aerariorum tabulis perscriberetur. Contra ea grammaticus, quem tractamus, illud iudicium constitutum esse dicit in eum, qui aerarii debitorem non perscripsisset in aerariorum tabulis; omisit autem hic, quod etiam non additum facile suapte sponte subintelligitur „cum per muneris rationem curare deberet ut perscriberetur." Verum idem, quod hic grammaticus, etiam Lex. Rhet. et Etym. M. tradidisse videntur; qui quod scribunt eam accusationem datam esse κατὰ τῶν ἐγγραφόντων τοὺς μὴ ὀφείλοντας, olim (in libr. de lit. Attic. p. 353) ex errore derivavi non distinguentium inter ἀγραφίου et ψευδεγγραφῆς iudicia, nunc cum hoc ita conciliari oportere intellego, ut μὴ ante ὀφείλοντας delendum reponatur ante ἐγγραφόντων. In novissimis quod *Kiesslingius* meus Quaest. Attic. I, 13 suasit ut post ὤφειλεν addatur μὴ ἐξαλείψαντος nullo modo placet; sic enim neque appareret quid sibi vellent τὸ ῥητὸν ἀποδόντα οἷς, et confunderetur ἀγραφίου cum βουλεύσεως iudicio. Mihi in τὸ ῥητὸν latere videtur aut ῥητέον aut εἰς τὸ ῥητορικόν, quo apud Etym. M. significari solet ex rhetorico lexico petitam glossam esse; cf. comment. meam de lexic. rhetor. p. 36 sq. not. 299.; rescripserim igitur aut: ῥητέον δὲ καὶ [κατὰ τοῦ] τὸν μὴ ἀποδόντα ἃ ὤφειλεν [ἐξαλείψαντος], aut καὶ [κατὰ τοῦ] τὸν μὴ ἀποδόντα ἃ ὤφειλεν [ἐξαλείψαντος]. εἰς τὸ ῥητορικόν. Haec si vera sunt, fortasse grammaticorum discrepantes sententiae eum in modum conciliandae sunt, ut ἀγραφίου iudicium primum contra *aerarii debitorem*, qui dolo malo vel prohibuisset quominus inter aerarios perscriberetur, vel effecisset ut expungeretur antequam expedisset nomen, dein contra *magistratum* eum datum esse dicamus, qui illum debitorem in alterutra fraude adiuvisset.

[663, 6.] Scribendum videtur: ἑαυτοῦ· [ὃν δὲ] προκαλεῖ[ται, δεῖ ἢ] αὐτὸν λειτουργεῖν, ἢ — τὴν ἐκείνου ἀ[πηλ]λάχθαι.

[663, 10.] ἀπιέναι] Rescribe: κατιέναι ex *Etymol. M.*, ex quo apparet eam explicationem Orionis esse: idem pro ἐπὶ ἁπλοῦ habet: ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς. — Mox scribendum videtur: Ξενοφῶν δὲ τὸ ἀγωνίαν ἐπὶ τοῦ ἀγῶνος. [ἀγώνιος ὁ] ἐν τῷ ἀγῶνι, [καὶ ἀγωνία] ὁ φόβος. Cf. *Suid.* 17,12.

[663, 12.] Discrimen inter ἀγωνοθέτην et ἀθλοθέτην similiter tradunt *Ammon.* de differ. p. 4. *Bekk.* Anecd. 333, 28. *Suid.* 72, 10. Rectius illis Nicander ap. *Hesych.* s. v. narrat musicorum, non scenicorum ludorum fuisse ἀγωνοθέτας; neque enim cum scenicorum ludorum sui iam fuerint κριταί, facile dixeris quorsum in iisdem valuerint ἀγωνοθέται; contra ea ἀγωνοθέτης in certamine chororum puerilium est in C. I. Gr. no. 225, in certamine chororum virilium est ib. 226. Cum vero etiam eorum certaminum, quae aut simul et musica et gymnica aut tantum gymnica erant, agonothetae commemorentur, veluti ib. no. 245. no. 1121 ubi est ἀγωνοθ. Πυθίων, Νεμείων Ἡραίων, no. 1123 ubi est ἐξ πάππων ἀγωνοθέταν, no. 1124 ubi est ἀγ. Νεμείων Ἡραίων Σεβαστείων Ἀντινοείων Ἀσκλαπιείων, no. 1378 ubi Eurycleorum et Caesareorum Spartae, no. 1425 ubi Magnorum Eurycleorum Spartae ἀγωνοθ. legitur: iam hinc apparet quod ab grammaticis tradatur discrimen, vanum esse; idem Boeckhius evicit ex C. I. no. 1425, ubi eorundem ludorum Augustalium Uraniorum simul alii ἀθλοθέται alii ἀγωνοθέται esse dicuntur. Verum quod

'Α]γαυρὸς καὶ ἀγαυρός: ὁ κομψός· τινὲς δὲ ὁ κακός.
'Αγήνωρ: ὁ ἀνδρεῖος καὶ ὁ ἄγαν ὑβριστικός· ὑπὸ 'Ιώνων δὲ ὁ ἄπορος· ὑπὸ 'Αττικῶν ὁ τρυφερός.
'Α]γύρτης: ὁ ἀλαζών, καὶ εἶδος βολοῦ.
'Α]βροχίτων: ὁ τρυφερὰ φορῶν· ἁβροείμων, ὁ λαμπροφόρος.
'Α]γών: σημαίνει πέντε· τὸν τόπον, „καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα", τὸ πλῆθος, ὡς τὸ „λῦτο δὲ ἀγών", τὸ ἄθροισμα, ὡς τὸ „"Ηρη μὲν μετ' ἀγῶνα ϑεῶν", καὶ τὸ ἆθλον, καὶ τὸν ναόν, ὡς τὸ, „ϑεῖον δύσονται ἀγῶνα", καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἄσκησις.

664.

'Αγνώμονες: οἱ ἀχάριστοι· παρὰ δὲ Πλάτωνι οἱ ἀμαθεῖς.
'Αγυιά: ἡ ἄμφοδος, ἡ κοινῶς ῥύμη.
"Α]γροικος: ὁ ἀμαθής, ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ αὐλιζόμενος· Πλάτων δὲ τὸ ἐναντίον τούτου· καὶ ἀγροιώτης, ὁ γεωργικὸς λαός.

Boeckhius C. I. I. p. 678 coniecit, ἀϑλοϑέτην dictum esse qui praemium proposuerit, ἀγωνοϑέτην qui rexerit certamen, id neque affirmaverim neque negaverim.

[663, 14.] Scribendum: ἀγαυρὸς καὶ ἀγαυός, ὁ κομψός. τινὲς δὲ ὁ κακός. ὑπὸ 'Ιώνων ὁ ἄπορος, ὑπὸ 'Αττικῶν δὲ ὁ τρυφερός. Novissima enim ὑπὸ 'Ιώνων — τρυφερός describentis errore apposita esse sequenti glossae, cum sint in hanc releganda, apparet ex *Suid.* T. I. p. 47.

[663, 15.] Scripserim: ἀγήνωρ, ὁ ἄγαν ἀνδρεῖος καὶ ὁ ὑβριστικός.

[663, 17.] ἀγύρτης — εἶδος βολοῦ] Cod.: ἀγήρτης — εἶδος ὀβολοῦ. Emendandi viam monstravit *Suid.* 82, 10. 83, 2. ὁ δὲ ἀγύρτης καὶ κυβευτικοῦ βολοῦ ὄνομά ἐστι *Hesych.* et *Lex. Seg.* 331, 14. Etiam *Pollux* VII, 205 inter βολῶν ὀνόματα commemorat: ἀγύρτην, qualis vero iactus ita dicatur, ne is quidem tradit; videtur autem fuisse τῶν φαύλων καὶ δυςβόλων.

[663, 18.] Duae hic coaluerunt glossae, quarum prior ἁβροχίτων ὁ τρυφερὰ φορῶν extat etiam ap. *Suid.* p. 31, 9. *Lex. Seg.* 322, 26, altera ἁβροείμων ὁ λαμπροφόρος reperitur etiam ap. *Etymol. M.* 4, 15.

[663, 19.] Cum quinque promittat significationes, non potest sex docere; verum coaluerunt hic quoque duae glossae, quarum prior, quae extat etiam ap. *Etym. M.* 15, 48., derivata est ex *Schol.* in *Iliad.* Σ 376, unde uterque emendari potest, posterior ἡ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἄσκησις legitur etiam ap. *Suid.* 70, 17. et ap. *Phot.* 7, 2, atque etiam *Eustath.* 682, 4 narrat ὅτι πενταχῶς λέγεται ὁ ἀγὼν ἀριθμοῦσιν οἱ παλαιοί. Primus autem Homericus locus καλόν δ' εὔρυναν ἀγῶνα extat Od. 8, 206; alter locus λῦτο δ'ἀγὼν est Il. 24, 1; tertius locus "Ηρη μὲν μετ' ἀγῶνα νεῶν est Il. 20, 33; quartus locus ϑεῖον δύσονται ἀγῶνα est Il. 7, 298.

[663, 21.] νεῶν] Cod. ϑεῶν.

[664, 1.] Cf. *Lex. Seg.* 329, 30.

[664, 2.] Cf. ib. 332, 13.

[664, 3—5.] Eadem est sententia Ammonii, Thomae Mag., Etymol. Gud.; in alia omnia abit Eustath.; cf. *Goettling* de accent. p. 321 sq.

᾿Α]γχιστεῖς: οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν καὶ ἀνεψιῶν καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τοῦ τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἔξω τούτων συγγενεῖς μόνον· οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν ζευχθέντες τοῖς οἴκοις οἰκεῖοι λέγονται [1]).

᾿Αγορά: ἡ ἐκκλησία καὶ ἡ συνάθροισις, ὡς Νέστωρ ἀγορητής· ἀγορὰς Ὑπερίδης καὶ τὰς συνόδους „οὗτοι πολλάκις ἀγορὰς ποιοῦνται", καὶ ἀγοραία δίκη, ἡ δικαιολογία.

᾿Αγωγή: ἡ ἀναστροφή, καὶ ὁ τρόπος, καὶ τὸ βάρος, ἢ ἡ κομιδή, καὶ ἡ τῶν ἠθῶν τοῦ τρόπου κατακόσμησις [2]).

᾿Α]λογίου δίκη: ὅταν τινὲς λαβόντες χρήματα εἰς ἀναλώματα δημόσια μὴ ὦσιν τοὺς λόγους ἀνενηνοχότες τοῖς δικασταῖς.

᾿Α]ντιγραφή: πρὸς τὸ τοῦ διώκοντος ἔγκλημα ὁ φεύγων ἀντιγράφει· ὡς τὰ τοῦ δημοσίου· κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γράμματι γεγραμμένα· ἵνα ᾖ τῶν ἑκάστου φάσεων τοῖς δικασταῖς μαρτυρία, τοῦ μὲν ἐφ' οἷς ἐγκαλεῖ, τοῦ δὲ ἐφ' οἷς μαρτυρεῖται [3]).

᾿Ανθυπωμοσία: οἷον ἀντεῖπον τῇ ὑπωμοσίᾳ, δημοσίᾳ, στρατευόμενον, αὐτὸν ἀπεῖναι.

[664, 6.] ἀπὸ] Cod. ὑπό.

[664, 7.] κατὰ πατέρα καὶ μητέρα] Cod.: κ. π. καὶ πατέρα. Conspirant haec cum *Lexic. Rhet.* 213, 15. *Lex. Seg.* 333, 6. *Suida* 1, 6. *Photio* p. 6, 5 nisi quod illi μιχθέντες habent, ubi hic ζευχθέντες.

[664, 10 sq.] Coaluerunt hic tres glossae, quarum primam sic habet *Suid.* 64, 17. ἀγορὰ ἡ ἐκκλησία ὅθεν ὁ Νέστωρ ἀγορητής, altera ἀγορὰς — ποιοῦνται conspirat fere cum *Harpocr.* Palat. 3, 12. *Bekk.* Anecd. 330, 10. *Suid.* 66, 8, unde apparet Hyperidis verba desumpta esse ex oratione contra Polyeuctum, tertia ἀγοραία — ἡ δικαιολογία reperitur etiam ap. *Suid.* 67, 10; cf. *Bernh.* in h. l.

[664, 13 — 14.] Cf. *Suid.* p. 69, 16, ubi est ἡ διὰ τῶν ἠθῶν et *Lex. Seg.* 333, 20.

[664, 15.] Pro λόγους — τοῖς δικασταῖς vide sitne λογισμοὺς — τοῖς λογισταῖς rescribendum. Ceterum differt ea explicatio ab reliquorum grammaticorum enarratione; iis enim ἀλογίου iudicium locum habere videtur, ubicumque magistratu perfuncti qui essent, rationes non reddidissent muneris, sive eo in munere pecuniam publicam tenuissent, sive non tenuissent; hic autem docetur ἀλογίου iudicio petitum esse, quicumque pecuniam publicam ad sumptus publicos faciendos accepisset, neque eius rationes reddidisset, sive cum magistratu fuisset, sive non fuisset. Ni fallor, utraque vera est explicatio; cf. de lit. Attic. p. 363.

[664, 18.] Scribe: ὡς τὰ τοῦ Δημοσθένους, „τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα," ἵνα ᾖ τῶν ἑκατέρου φράσεων. Cf. *Demosth.* c. Stephan. p. 1115, 20. In novissimis pro μαρτυρεῖται malim: μεμαρτύρηται; verius fortasse fuisset ἀπολογεῖται. Cf. *Schoemann.* de lit. Attic. p. 628.

[664, 22.] Scripserim ᾿Ανθυπώμοσα, οἷον ἀντ. τῇ ὑπωμοσίᾳ, δημοσίᾳ, στρατευόμενον, αὐ-

---

[1]) Ad Harpocr. v. ᾿Αδοκίμαστος, tum codicis scriba tum hic noster addunt, δοκιμασθεὶς καὶ (alter γὰρ) ἀντὶ τοῦ κριθεὶς καὶ βεβαιωθείς. Dobr.

[2]) Ad Harpocr. v. ᾿Αδύνατοι, verba, τῆς ἡμέρας ἑκάστης —— ἀδυνάτου ἐν ᾧ ὡς ὀβολόν, in codicis textu omissa, margini apponit hic scriba. Dobr.

[3]) Sequitur ᾿Αντομοσία (sic) τινὰ γράμματα — ἀπολογήσεσθαι ut Harpocr. ed. ms. Dobr.

'Α]ντιλαχεῖν καὶ ἀντίληξις· ἀντιλαχεῖν μέν ἐστι τὸ εἰς ἀκέραιον πάλιν καθεσταναι τὰς δίκας, ἀντε-

665.

λάγχανον δὲ τοῖς διαιτηταῖς καὶ οἱ ἐρήμην ἐπὶ διαιτητῶν ἁλόντες, ὡς τὴν μὴ οὖσαν δίκην καταδικασθέντες.

Ἀπωμοσία: δύο σημαίνει τροπὰς ἡ λέξις· μίαν μὲν ὅταν γράψηται νόμων παρανόμων, ἢ καὶ αὐτὸς εἰςηγήσηται, ἔπειτα καταγνοὺς αὐτοὺς ἐξωμόσηται παραλελογίσθαι· ἀπωμοσία δὲ λέγεται, ὅτι ὀμνύοντες ἀφίενται μήτε ἀργυρίῳ πεισθῆναι μήτε καταχαρίσασθαι τὴν σιγήν. μνημονεύει τοῦ τρόπου τούτου καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου· κατὰ μίμησιν δέ ἐστι τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην, προφάσει χρώμενον ἢ ἀποδημίαν ἢ νόσον ἢ ἄλλο τι τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου· καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι λέγουσιν· ἑτέρως οὖν λέγεται πάλιν, ὡς ἔφημεν, ἀπωμοσία, ὅταν κρινόμενοι σκήπτηται τὸ μὴ εὐκαιρεῖν πρὸς τὴν δίκην, ἀνθυπόμνυται ὁ ἀντίδικος, καὶ περὶ αὐτοῦ προδικάζονται.

Ἀπρόςκλητος: ἡ μὴ τυχοῦσα τῶν καλουμένων κλητήρων κατὰ νόμον.

Ἀποστασίου δίκη: κατὰ τῶν ἀφισταμένων ἀπελευθεροῦσα τοῦ ἀπελευθερώσαντος.

Ἀργίας δικη: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀρίστωνός φησιν ὅτι Δράκων ἦν ὁ θεὶς τὸν νόμον, αὖθις

ναι. δημοσίᾳ coniungendum est cum ἀπεῖναι, hinc ab στρατευόμενον distinxi. Debebat sane „Ἀνθυπωμοσάμεθα" scribere, ut est ap. *Demosth.* c. Olympiod. p. 1174, ad quem locum et haec et reliquorum grammaticorum glossae pertinent, verum idem fere vitium est in *Lex. Seg.* 404, 16, ubi ἀνθυπώμοσα ἀντὶ τοῦ ὑπ[εῖπον τῇ] ὑπωμοσίᾳ scribendum esse docet *Harpocr.* 21, 13. Sed in grammatico, qui in manibus est, ipsum ἀνθυπωμοσία defendas Suidae exemplo.

[664, 25.] Vide scribendumne sit transpositis verbis: καθιστάναι τὰς δίκας. ἀντελάγχανον δὲ οἱ ἐν τοῖς δικασταῖς ἐρήμην καταδικασθέντες, ὡς οἱ ἐρήμην ἐπὶ διαιτητῶν ἁλόντες τὴν μὴ οὖσαν δίκην. Cf. quae in 673, 5. commentaturi sumus.

[665, 3.] Quae hic de ἀπωμοσίᾳ traduntur, sunt ὑπωμοσίας potius; ea est enim duplicis potestatis. Ad priorem significationem quae spectant, sic fere sunt, id quod ex *Bekk.* Anecd. I, 313 apparet, ad integritatem revocanda: μίαν μέν, ὅταν [τις] γράψηται νόμον παρανόμων, ἢ ἐπειδὰν αὐτὸς εἰςηγήσηται, ἔπειτα καταγνοὺς αὐτοῦ, ἐξομόσηται παραλελογίσθαι. ὑπωμοσία δὲ λέγεται, ὅτι ὀμνύοντες [οἱ τοιοῦτοι vel οἱ εἰςηγησάμενοι] ἀφίενται — σιγήν. Quod de σιγῆς voce, similiter p. 669, 20 legitur σιωπᾶν γραφήν. Demosthenis locus extat in orat. de cor. p. 260, 24, ubi legitur: καταβαλόντα ἐᾶν ἐν ὑπωμοσίᾳ. Quae vero post verba περὶ στεφάνου leguntur, ad posteriorem pertinent significatum, de quo agit *Harpocr.* p. 180. 3; his vide sitne sic fere medendum: κατὰ μίμησιν δὲ [ἐκείνης] ὑπωμοσία [ἑτέρα] ἐστὶ τὸ ὑπερτιθ. δίκην προφάσει χρώμενον ἢ ἀποδημίας ἢ νόσου ἢ ἄλλου τινὸς τῶν παραπλησίων. In novissimis fortasse scribendum: ἀνθυπωμοσία, ὅταν ὁ κρινόμενος σκήπτηται — δίκην [καὶ] ἀνθυπομνύηται ὁ ἀντίδικος καί, περὶ αὐτοῦ [τούτου] προδικάζωνται.

[665, 15.] Cf. *Lex. Rhet.* 199, 14.

[665, 17. ἀπελευθεροῦσα τοῦ] Scribendum : ἀπελευθέρων ἀπὸ τοῦ.

[665, 20.] Lysiae oratio c. Aristonem ab nullo alio, quod sciam, commemoratur; cf. *Hoelscher*

δὲ καὶ Σόλων ἐχρήσατο, θάνατον οὐχ ὁρίσας ὥςπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀτιμίαν, ἐάν τις ἁλῷ τίσαι· ἂν δ' ἅπαξ, ζημιοῦσθαι δραχμὰς ἑκατόν.

Ἀτίμητος δίκη: ἡ τοσούτου οὖσα ὅσου ἐπιγέγραπται, ἣν οὐχ οἷόν τε ὑποτιμήσασθαι ἐλάττονος.

Ἄτοπον: Πλάτων τὸ μέγα καὶ θαυμαστόν.

Β]ιαίων δίκη: εἴτις βίᾳ ἐπειςελθὼν τι ἔλαβεν ἀλλότριον ἢ ἐκ χωρίου ἢ ἐξ οἰκίας, βιαίων ἐκρίνετο· ἐν δὲ ταῖς σχολικαῖς ὑποθέσεσι βίας ἔγκλημά ἐστι κατὰ τῶν κόρην ἁρπασάντων ἢ παῖδα ἐλεύθερον. ἰστέον ὅτι βιαίων γράφουσι τὴν δίκην οἱ παλαιοὶ καὶ οὐδεὶς βίας.

Δ]ιαδικασία ἐστὶν ἣν τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς τριηράρχαις ποιοῦνται ὧν δεῖ ἄρχειν ἢ τριηραρχεῖν·

666.

τὸ δὲ αὐτό ἐστι καὶ δοκιμασία.

Γ]ραφὴ, καὶ παραγραφὴ καὶ ἐπιγραφὴ διαφέρουσι τίνι; γραφὴ μέν ἐστιν ἡ εἰς δικαστήριον δημοσίου ἐγκλήματος κλῆσις· παραγραφὴ δὲ ἡ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀμφισβήτησις· ἐπιγραφὴ δὲ τὸ ἕτερον τόπον ἐπιγράφειν τῷ κριτηρίῳ ἴδιον ἐν πόλει, ἢ ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἢ ἐπιχωρίῳ οἷον Φαληροῖ ἢ ἑτέρωθι· καλεῖται δὲ ἐπὶ μὲν τῶν δημοσίων ἀγώνων τὸ γραφόμενον ὑπὸ τοῦ

---

de vit. Lys. p. 139. Mox pro τον νομον desideres τὸν περὶ ἀργίας νόμον, neque ἐχρήσατο verum est, cuius loco expectes potius: ἐκαινώσατο. In novissimis scribendum cum Dindorfio: ἀλλ' ἀτιμίαν ἐὰν τρὶς ἁλῷ τις, ἂν δ' ἅπαξ. Quod autem hic traditur ἀργίαν ex Dracontis legibus capitis poena vindicatam, ab Solone autem cautum esse, ut ἀργίας semel convictus centum drachmis mulctaretur, ter autem damnatus ἀτιμίᾳ notaretur, id est perpetua illa, quae erat τῶν καθάπαξ ἀτίμων neque tamen bonorum publicationem additam habebat, id etsi non constat aliunde atque ex hoc demum grammatico discimus, ita tamen consentaneum est reliquae iuris Attici doctrinae, ut de eius veritate dubitandum non sit. Locis in libro de lit. Attic. p. 299. allatis adde *Dionys. H.* A. R. XX, 2. *Plutarch.* Lacon. Apopth. p. 207. H.

[665, 23.] τοσούτου] Cod. τοσοῦτον.

[665, 25.] De ἄτοπον cf. *Stallbaum* in Platon. Phileb. §. 109,

[665, 26.] Eadem fere *schol. Platon.* de rep. V, 465, a. (p. 405. Bekk.); hinc scripsi εἴ τις βίᾳ — βιαίων ἐκρίνετο· ἐν δὲ ταῖς σχολικαῖς, nam in codice est: ἥτις βία — βιαίως ἐκρ. ἐν δὲ ταῖς σχολαστικαῖς.

[665, 32.] Pessima glossa, quippe quae διαδικασίαν, quae sane nonnumquam ἐπίκρισις erat τοῦ ἐπιτηδείου πρὸς λειτουργίαν (*Etym. M.* 267, 10.), id est locum etiam tum habebat, ubi ad χορηγίαν vel τριηραρχίαν qui vocati essent, id oneris in alios potius convenire contendebant, eam igitur confundat cum δοκιμασίᾳ sive cum iudicio quod apud Athenienses omnes pati debebant, quicumque vel suffragiis vel sorte magistratum populi Attici cepissent.

[666, 3.] Quae hic de γραφῇ et παραγραφῇ traduntur, conspirant fere cum meliorum grammaticorum doctrina, nisi quod actoris libellum ἐπὶ τῶν ἀμφισβητήσεων, id est in rem actionum, λῆξιν appellatum esse statuitur, id quod magnam habet probabilitatem, proprium tamen huic est. Quae autem hic de ἐπιγραφῇ narrantur, ea vehementer corrupta videntur neque scio quorsum spectent. Pro ἐπιχωρίῳ malim: ἐπὶ χωρίῳ.

κατηγόρου ἔγκλημα καὶ τὸ ἀποφερόμενον πρὸς τὴν ἀρχὴν, γραφή. τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἐγκλημάτων, ἔγκλημα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀμφισβητήσεων, λῆξις [1]).

Δ]εκάζειν καὶ δεκάζεσθαι: Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου τὸ παρακρούεσθαι τοὺς δικαστὰς δεκάζειν ἔλεγε· δεκάζειν δέ, παρόσον κατὰ δέκα συντασσόμενοι ἐμισθάρνουν.

Δ]ιάγραπτος δίκη: ἡ αὐτὴ καὶ διεξυσμένη λέγεται· καθ' ἧς ἴσχυσεν ἡ παραγραφή· οἷον ἤρθη ἡ δίκη· οὐ γὰρ εἰςαγώγιμός ἐστιν, ἠκυρωμένη ὑπὸ τῆς παραγραφῆς.

Διαγραφή· καὶ ὅταν ἀπαλλαγῇ τοῦ ἐγκλήματος ὁ φεύγων ἢ κατὰ συγχώρησιν τοῦ διώκοντος, ἢ κατὰ διάγνωσιν τυχόντος, καὶ μηκέτι περὶ μηδενὸς ἐγκαλῆται, λέγεται διαγραφὴ δίκης. Λέγεται διαγραφὴ καὶ τὸ καθυποβάλλεσθαι ζημίαις πολλαῖς.

Δ]ιαψήφισίς ἐστιν, ὅταν συνελθόντες κατὰ δῆμον οἱ δημῶται ψῆφον φέρουσι κατὰ τῶν δοκούντων ἐγγεγράφθαι καὶ μὴ ὄντων Ἀθηναίων· ὃς δ' ἂν ψηφηφορηθῇ, πολίτης ἐστίν· οὗ δ' ἂν καταψηφίσωνται, τούτῳ ἔξεστι τὴν διαψήφισιν αἰτιασαμένῳ ἀναπεμφθῆναι εἰς τὸ κοινόν.

Δ]ιαμαρτυρία ἐστὶν ἣν τῶν κλήρων ἀντιποιούμενοι γράφονται, ἐν ᾗ τὸ ἔγκλημα ἔστι καὶ ἡ αἰτία δι' ἧς ἕκαστος ἴδιον εἶναι τὸν κλῆρον ἀξιοῖ· καὶ ὅτι τὸ ὄνομα ὁποῖον ἕτοιμον· ἃ

667.

γὰρ ἂν ἄλλου ἀμφισβητοῦντος εἴποι μαρτυρῶν, ταῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ ἐγκλήματος διαμαρτύρηται.

[666, 12.] *Aeschin.* c. Tim. §. 87, b.; cf. schol. in h. l. p. 7. ed. Bekk. Pro *παρακρούεσθαι* erat *διαφθείρειν δώροις* vel *χρήμασι* dicendum. Post *δεκάζειν δέ* deest *ἐλέγετο.*

[666, 15.] Iusto arctior ea enarratio, *διάγραπτος* enim omnis et actio et accusatio dicebatur, quae ab magistratu recepta primum et dein reiecta esset, quacumque ex caussa factum esset, ut reiiceretur; neque enim ea in re *παραγραφὴ* victrix plus valebat quam reliquae caussae; cf. de lit. Attic. p. 27. Ceterum mallem verba *οὐ γὰρ εἰςαγώγιμός ἐστιν* essent post *ἠκυρωμένη ὑπὸ τῆς παραγραφῆς* collocata.

[666, 18.] *Διαγραφὴ — δίκης.* Eadem fere *Suid.* I. 1275, 5, cui hinc redde: *περὶ μηδενὸς* pro *παρὰ μηδενὸς.* Novissima *Λέγεται δὲ διαγραφὴ καὶ τὸ καθυποβάλλεσθαι ζημίαις πολλαῖς*, ita enim scribendum est, etsi Suidas quoque p. 1275, 3. habet: *Διαγραφὴ καὶ τοῦτο ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἐγένετο ζημίαις πολλαῖς καθυποβάλλεσθαι τὴν πόλιν*, non apparet tamen quorsum pertineant.

[666, 23.] Scribendum: *κατὰ δήμους οἱ δημόται ψῆφον φέρωσι κ. τ. δ. ἐγγεγράφθαι μὴ ὄντ. Ἀθην. ὃς δ' ἂν ψηφηφορηθῇ, [ἤδη ἀναμφισβητήτως] πολίτης ἐστίν — ἀναπεμπφθῆναι εἰς τὸ δικαστήριον.* — In cod. est *διαψήφησις* et *διαψήφησιν.*

[666, 29.] Perfunctoriam glossam, quae sordet prae accuratione Harpocrationis, difficile est sanare; rescripserim saltem: *ἣν τῶν κλήρων οἱ ἀντιποιούμενοι — καὶ ὅτι τὸ ὄνομα ὁποῖον [μαρτυρία], ἕτοιμον — διαμαρτύρεται.* Rectius autem scripsisset: *διαμαρτυρεῖ.*

---

[1]) Vltima vox non prorsus certa. Videtur *κλῆσις* in *λῆξις* mutasse. Dobr.

Δ]ίκη: τὸ ἐκτῖσαι τιμωρίας λέγεται· καὶ ἣν ὑπὲρ τῶν ἰδίων συμβολαίων λαγχάνουσιν, ἧς τὸ ἐπιτίμιον ὥρισται· ὑπὲρ δὲ τῶν κοινῶν καὶ ἐπίπαν γράφοντος ταύτην καὶ ἁλόντος διωκομένου τιμᾷ τὸ δικαστήριον ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ καὶ ἀποτῖσαι.

Δ]ιωμοσία: ἔθος ἦν τοῖς ἐγκαλοῦσιν ὀμνύναι ὅτι περὶ γεγονότων τὴν κατηγορίαν ποιήσονται, καὶ τοῖς ἐγκαλουμένοις, ὡς οὐκ ὄντες ἔνοχοι διώκονται· μάλιστα δὲ ἐγίγνετο ἐπὶ τῶν ἑκουσίων.

Εἰσαγγελία: κατὰ κοινῶν καὶ ἀγράφων ἀδικημάτων· αὕτη μὲν οὖν ἡ Καικιλίου δόξα· Θεόφραστος δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ νόμων φησὶ γενέσθαι, ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον ῥήτωρ, ἢ μὴ τὰ ἄριστα συμβουλεύσῃ, χρήματα λαμβάνων· ἢ ἐάν τις προδιδοὺς χωρίον ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιάν· ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολέμους ἀφικνεῖται, ἢ νικοίη παρ' αὐτοῖς, ἢ στρατεύηται μετ' αὐ-

---

[667, 5.] Pessima haec quoque glossa neque leviter corrupta; imprimis vero laborant verba καὶ ἐπίπαν γράφοντος ταύτην καὶ, quibus quid facerem nondum coniectura assecutus sum; erat cum in iis latere coniicerem: καὶ ἐπίγραμμα ἐπιγράφειν ἔστι τοῦ γράφοντος αὐτήν, καὶ; reliquis vide sitne sic fere medendum: Δίκη[ν δοῦναι] τὸ ἐκτῖσαι τιμωρίας λέγεται· καὶ [δίκη ἐστίν] ἣν ὑπὲρ τῶν ἰδίων συμβολαίων λαγχάνουσι, [καὶ] ἧς τὸ ἐπιτίμιον ὥρισται. ὑπὲρ δὲ τῶν κοινῶν ἁλόντος [τοῦ] διωκομένου τιμᾷ τὸ δικαστήριον ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. De sententia cf. quae scripsi de lit. Att. p. 173.

[667, 8.] Cod. ὠμνύναι. v. 22. scribendum est: μάλιστα δ' ἐγίγνέτο [τοῦτο] ἐπὶ τῶν ἑκουσίων [φόνων].

[667, 12.] Cum hic κοινῶν, v. 26 autem καινῶν in codice extet, quorum illud etiam apud *Suid.* s. v., hoc etiam in *Lex. Rhet.* 244 et in *schol.* in *Platon.* de rep. VIII, 563, c. p. 416 extr. Bekk. reperitur, utrique autem loco eadem reddenda sit vox, me ut καινῶν praeferam, ipsum ἀγράφων movet.

[667, 13.] Καικιλίου] Cod.: Κικίνου. Emendationem occupavit Dobreus in indice auctorr. Eadem postea placuit etiam Osanno, Bernhardyo, aliis. — 14. φησὶ] Cod. φασί. Post γενέσθαι desideratur: αὐτήν. v. 15. συμβουλεύσῃ] Scribe: συμβουλεύῃ [τῷ δήμῳ]. — v. 16. sq. desideres: ἢ ἐάν τις προδιδῷ φρούριον ἢ ναῦς ἢ πεζὴν στρατιάν, ἢ ἐάν τις εἰς τοὺς πολεμίους ἀφικνῆται [ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι παρὰ τοῦ δήμου], ἢ μισθοφορῇ παρ' αὐτοῖς ἢ στρατεύηται μετ' αὐτῶν, ἢ δῶρα λαμβάνῃ [ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου]. Partem supplementorum *Polluci* VIII, 52. debeo, qui cum etiam ipse sua se ab Theophrasto mutuatum esse profiteatur, alter ex altero grammatico redintegrari potest. Apud Pollucem igitur haec leguntur: ἐγίγνοντο δὲ εἰσαγγελίαι κατὰ (ita enim scribendum est, cum in libris καὶ aut ante εἰσαγγελ. aut ante κατὰ interponatur) τῶν καταλυόντων τὸν δῆμον ῥητόρων ἢ μὴ τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ λεγόντων, ἢ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄνευ τοῦ πεμφθῆναι ἀπελθόντων; ἢ προδόντων φρούριον ἢ στρατιὰν ἢ ναῦς, ὡς Θεόφραστος ἐν τῷ (scribendum aut ἐν τοῖς, aut ἐν τῷ δ') περὶ νόμων. Reliqua supplementa semet ipsa tuebuntur; sic ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου ex *Demosth.* Mid. 551, 22. adiiciendа putavi, quod, etsi *Demosth.* de f. l. 343, 9. auctor est lege cautum fuisse ἁπλῶς μηδαμῶς δῶρα λαμβάνειν ne quis omnino dona acciperet, id quod, si quidem non plane falsus est Demosthenes, ad oratores tantum et legatos pertinuisse videtur (cf. de lit. Attic. p. 353.), εἰσαγγελία tamen acceptorum donorum caussa vix aliter institui poterat, nisi ea viderentur in perniciem reipublicae accepta esse. Mox scribendum esse συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου (sc. λεγομένοις), ὅτι Θεμιστοκλέα εἰσήγγειλε κατὰ Κρατερὸν Λεωβότας 'Αλκμαίωνος 'Αγραυλῆθεν iam significavi in commentatione de ostracismo p. 184.

τῶν, ἢ δῶρα λαμβάνῃ· συνομολογεῖ δὲ τοῖς ὑπὸ Θεοφράστου, εἴτε Θεμιστοκλέα εἰςαγγέλ ἢ εἰςήγγειλε Κρατερὸς Λεσβώτης Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν· ἔνιοι δὲ τῶν ῥητόρων εἰώθεσαν καλεῖν καὶ τὰ μὴ μεγάλα ἀδικήματα εἰςαγγελίαν· ἔστι δ' ὅτε ἐμβάλλοντες τοὺς συκοφαντουμένους εἰςήγγειλον, ὥς μὲν Φιλόχορος, χιλίων καθεζομένων, ὥς δὲ Δημήτριος ὁ Φαληρεύς, χιλίων πεντακοσίων· Καικίλιος δὲ οὕτως ὡρίσατο· εἰςαγγελία ἐστὶν ὃ περὶ καινῶν ἀδικημάτων δεδώκασιν ἀπενεγκεῖν οὐ νόμοι· ἔστι δὲ τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφῶν διατριβαῖς.

E]ἰς δατητόν: πρόκλησις νεμέσεως ἢ κληρονομίας ἢ κοινοῦ τινὸς ἀγορασμοῦ· ἐπὶ τῶν διανεμόντων τὰ κοινά τισιν· ὥς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· „δίκαι λαγχάνονται πρὸς

[669, 22.] Sententiae satisfeceris rescribendo: *ἔστι δ' ὅτε τοὺς ἐμβάλλοντας συκοφαντίαις εἰςήγγειλον*, nam sycophantiae etiam *εἰςαγγελίαν* fuisse demonstravit *Schoemannus* de comit. p. 184. verba ipsa non praestiterim. — v. 23. *Φιλόχορος*] Cod. *Φιλόχανος*. Quae vero huic loco ad integritatem desunt, sic fere suppleverim: [*ἔκρινον δὲ τὰς εἰςαγγελίας*], *ὥς μὲν Φιλόχορος, χιλίων καθεζομένων κτλ.* Cum his pugnare forsitan videntur Pollucis l. c. verba, *χίλιοι μὲν κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα τὰς εἰςαγγελίας ἔκρινον, κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα καὶ πρὸς πεντακόσιοι.* At Polluce enim cum Demetrius Soloni opponatur, ut Solonis nomine leges Solonis, ita Demetrii nomine Demetrii leges significari credideris; contra ea hic grammaticus cum Demetrium opponat Philochoro, ut Philochori nomine Philochori libros, ita Demetrii nomine Demetrii libros significare videtur; hunc igitur sic interpretere, quasi vero Philochorus narraverit de *εἰςαγγελίαις* semper mille, Demetrius autem tradiderit de iis semper MD iudices iudicasse, cum, Pollucem si audis, olim Solonis legibus mille, postea Demetrii ex legibus MD de *εἰςαγγελίαις* iudicarint. Atque cum hoc rhetorico lexico ut facere malim, illud mihi persuadet, quod Demetrii libris *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας* ab Harpocratione ter, ab hoc lexico rhetorico semel diserte (p. 672, 4.), semel minus diserte (673, 4.), eius autem legibus numquam ab his grammaticis testimonium denunciatur; itaque apud Pollucem quoque tum eo, qui nunc agitur, loco VIII, 52. *κατὰ δὲ τὸν Φαληρέα* non significat „ex legibus" sive „temporibus Phalerensis" tum VIII, 102. *νομοφύλακες δὲ κατὰ τὸν Φαληρέα μετωνομάσθησαν* non est cum Kuhnio explicandum „tempore Phalerensis", sed uterque locus ad eos quos diximus libros de legibus Atticis referendus est. Iam via parata est, qua Pollucem cum hoc lexico, qua Philochorum cum Demetrio conciliemus. Etenim Philochorus quod mille iudices de *εἰςαγγελίαις* iudicasse scripsit, ad veterem Solonis legem, Demetrius, quod mille quingentos iudices in illis accusationibus sedisse tradidit, ad morem postea, nescio quando, introductum respexisse putandus est.

[667, 25.] *Καικίλιος*] Cod. *Κακεῖ*. Emendatio Debreo debetur in indice scriptorr.; cf. *Osanni* Beiträge p. 253 — 257. In novissimis rescripserim: *ἔστι δὲ* [*τοῦτο*] *τὸ μελετώμενον ἐν ταῖς τῶν σοφιστῶν διατριβαῖς*, [*τὸ τῶν ἀγράφων ἀδικημάτων*]. Cf. *Lex. Rhet.* 244, 22.

[567, 28.] Scribendum: *εἰς δατητῶν* [*αἵρεσιν*]. Quod hic extat *πρόκλησις νεμέσεως* probare videtur etiam Harpocrationi p. 52, 7. pro *προςκαλούμενοι εἰς δατητῶν αἵρεσιν* reddendum esse *προκαλούμενοι*. Pro *ἀγορασμοῦ*, quod hic non emendi actum sed rem emptam significat, malis forsitan *ἄλλου*, verum ea voce comprehenduntur omnia quaecumque non hereditate ad duorum pluriumve commune dominium perveniant; etenim post hereditatem emptio in primis caussa communis dominii esse solet. Reliqua sic restituerim: [*Δατηταὶ γὰρ*] *ἐπὶ τῶν διανεμόντων*, Aristotelis autem locum sic suppleverim „*δίκαι λαγχάνονται πρὸς τὸν Ἄρχοντα ἄλλαι τινὲς καὶ ἡ εἰς δατητῶν αἵρεσιν, ὅταν* [*ὁ μὲν θέλῃ ὁ δὲ*] *μὴ θέλῃ τὰ κοινὰ ὄντα νέμεσθαι*".

668.

τὸν ἄρχοντα ἀλλ' εἴ τις καὶ εἰς δατήτων αἵρεσιν, ὅταν μὴ θέλῃ κοινὰ τὰ ὄντα νέμεσθαι." [1])

Ἔκκλητον: καὶ τὸ συνηθροισμένον, ὡς Εὐριπίδης· ἐλθὼν γὰρ εἰς τὸν ἔκκλητον λαόν, οἱονεὶ τὸν ἐκκλησιάζοντα.

Ἔ]νδειξις φάσεως διαφέρει· ὅτι τὴν μὲν ἔνδειξιν δύναται ἀντιλέγεσθαι, οἷον ἀνέδειξεν Ἀριστογείτονα Δημοσθένης, ὅτι λέγει ὁ φάσκων οὐκ ὀφείλει· φάσις δέ ἐστιν ὅταν φαίνῃ τῶν δημοσίων ἔχοντά τινα μὴ πριώμενον· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀρφανικῶν· ὁπότε γὰρ μὴ ἐμίσθουν οἱ ἐπίτροποι τὸν οἶκον τῶν ἐπιτροπευομένων, ἔφαινεν αὐτὸν ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα ἵνα ἐκμισθωθῇ· ἔφαινε δὲ καὶ εἰ ἐλάττονος ἢ κατὰ τὴν τάξιν ἐμεμίσθωτο.

Ἔ]νη καὶ νέα: παρ' Ἀθηναίοις ἡ τριακάς· φασὶ δὲ οὐ Σόλωνα αὐτὴν ὀνομάσαι, παρόσον αὐτοῖς τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ παρεληλυθότος μηνός ἐστι, τὸ δὲ ἥμισυ τοῦ εἰσελθόντος· οὗτος δέ ἐστιν ὁ χρόνος, ὅνπερ καταλαμβάνει τὸν ἥλιον ἡ σελήνη, ὁ καλούμενος μήν· ἔστι γοῦν ἡμερῶν κθδ''γ [2]) ὥστε εὐλόγως τὴν τριακάδα κοινὴν γενέσθαι τῶν δύο μηνῶν· τὸ γὰρ ἓν δασυνόμενον τὸ παρεληλυθὸς σημαίνει· τὴν δὲ ἑξῆς καλοῦσι νουμηνίαν, ὡς πρῶτον ὁλόκληρον, τουτέστι νεόμηνον· καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς δὲ δύο ἡμῖν ἀκολούθως λέγουσι, προστιθέντες τὸ ἱσταμένου· τὸ δὲ ἑξῆς τρίτην ἱσταμένου καὶ τετάρτην καὶ ἀναλόγως μέχρι τῆς δεκάδος· ἐκεῖθεν δὲ πρώτην ἐπὶ δεκάδα, τρίτην ἐπὶ δεκάδα, ἣν ἐνίοτε μὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις εἰκάδα καλοῦσιν,

---

[668, 3.] Haud scio an respexerit ad *Euripid.* Orest. 605 μολὼν γὰρ εἰς ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον.

[668, 5.] De ἐνδείξει quae habet, adeo corrupta sunt, ut certam non habeam medicinam; fortasse latet: ὅτι τὴν μὲν ἔνδειξιν διώκεται ὁ πράξεων ἢ τόπων ἀπηγορευμένων ἀντιποιούμενος, οἷον ἐνέδειξεν Ἀριστογείτονα Δημοσθένης, ὅτι λέγει ᾧ φάσκει οὐ προσήκειν, ὅτι τῷ δημοσίῳ ὀφείλει. Quae autem de φάσει tradit, habent etiam *Suid. Phot.* et aliquot codd. *Harpocrationis* post p. 182, 7.; ex his rescribe: ὅταν [τις ἀπο]φαίνῃ τ. δ. ἐ. τ. μὴ πριάμενον, deest hic, quod etiam in reliquis grammaticis desideratur: παρὰ τοῦ δήμου. Post τῶν ὀρφανικῶν adde: οἴκων; et pro τὴν τάξιν rescribendum: τὴν ἀξίαν.

[668, 13.] Pro οὐ rescribe: οὗτος; cf. *Ideler* Enchirid. Chronol. I, 276.

[668, 18.) Pro ἓν rescribe: ἔνον; cf. *Harpocr.* 73, 3. *Suid.* al.

[668, 21.] Pro δὲ δύο ἡμῖν rescribe: τὴν δευτέραν. Mox Cod. τρίτη ἱστ. κ. τετάρτη.

[668, 24.] Rescribendum videtur πρώτην [ἐπὶ δεκάδα, δευτέραν] ἐπὶ δεκάδα, τρίτην ἐπὶ δεκάδα [ἕως τῆς δεκάτης], ἣν ἐνίοτε — ἐνάτην φθίνοντος καὶ ὀγδόην κ. τ. ἑ. ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων. — Vicesimum mensis cuiusvis diem hic, ni fallor, unus est, qui praeter εἰκάδα etiam δεκάτην δευτέραν dici tradat, nam XXI diem ab Atticis ὑστέραν δεκάτην dici tum *Phot.* 664, 9. et *Lex. Rhet.* 181, 3. narrant, tum confirmat inscriptio edita ab *Curtio* de portub. Athen. p. 48.

---

[1]) Ad Harpocr. v. Ἐκκλητεύειν, annotat.; Γρ. ἐκκλητευθῆναι, τὸ εἰς κρίσεις ἀχθῆναι πρὸς τὸ ἐπάναγκες μαρτυρῆσαι. Dobr.

[2]) Ista valent, 29¼. Postremam notam, quam hic ut potuit exhibuit typographus, vide in Montefalcon. Palaeogr. p. 361, 10. n. 1. Dobr.

ἐνίοτε δὲ δεκάτην δευτέραν, τὴν δὲ ἀπὸ ταύτης ἀνάπαλιν καὶ ἀννεστραμμένως[3]) ἐνάτη φθίνοντος καὶ ὀγδόη καὶ τὰ ἑξῆς ἐπὶ τῶν ἐλάττονι προστιθέντες τὸ φθίνοντος ἕως τῆς πρώτης,

669.

ἥτις ἐστὶν ἐνάτη καὶ εἰκάς, ἥν τινες πρώτην καλοῦσι· τὴν δὲ ἐπὶ πᾶσι τριακάδα ἔννην καὶ νέαν καλοῦσι· τὰς δὲ μέτ' αὐτὴν εἰκάδα πάσας „ἀποφράδας“ καλοῦσιν, παρόσον ἀποπέφρακται τὸ σελήνης φῶς ἐν αὐταῖς.

'Ε]παγγέλλειν: καὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν αἰτίαν ἐχόντων ἐπὶ τῷ μὴ βεβιωκέναι ὀρθῶς· δη . . [1]) δὲ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου, λέγων „ἐπήγγειλα αὐτῶν τὴν δοκιμασίαν“.

'Επιτολὴ ἐπὶ ἄστρων, ἀνατολὴ ἐπὶ ἡλίου.

'Ε]μφανῶν καταστάντων: ὁπότε ἔδει κλῆρον ἀμφισβητήσιμον εἰς τὸ ἐμφανὲς καταστῆσαι ἢ φόριόν τι τοῖς δικασταῖς, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ δίκη· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἀφήγησις λέγεται.

'Ε]πιβολή: ἔξεστι τοῖς ἄρχουσιν ἀργυρίῳ ζημιοῦν τοὺς ἁμαρτάνοντας, τὴν δὲ ζημίαν ταύτην ἐπιβολὴν καλοῦσι· καὶ ἥ τε βουλὴ καὶ ὁ δῆμος, ὅταν ἴδῃ τινὰ θρασυνόμενον, κέκραγεν, ἐπίβαλε.

[669, 2.] ἥν τινες πρώτην καλοῦσι. Ea persuaderi mihi non patiar ut pro veris habeam. Ni fallor, latet in iis: ἥν τινες πρώτην [καὶ εἰκάδα] καλοῦσι, eaque reponenda sunt post ἐνάτην φθίνοντος. Pro πᾶσι expectes: πασαῖς, dein scribe: τὰς δὲ μετ' αὐτὴν τὴν εἰκάδα. Neque vero omnes ἐπεικάδες dies sed solae τετρὰς τρίτη et δευτέρα φθίνοντος, quibus quidem diebus Areopagus de caede iudicabat, ἀποφράδες dicebantur. Cf. *Pollux* VIII, 117. *Etym. M.* 113, 61. — Cod. ἀπέφρακται.

[669, 6.] Delendum καὶ post ἐπαγγέλλειν et pro αὐτῶν rescribendum est: αὐτῷ, locus extat ap. *Aeschin.* c. Tim. §. 2.

[669, 9.] Ita *Hesych.*: ἐπιτολὴ ἀνατολὴ ἄστρου, et grammatici: ἀνατέλλει μὲν ἐρεῖς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ κύων ἢ ὁ 'Ωρίων ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ ὡσαύτως τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ πορευόντων. Contra ea Theo in Arat. p. ..: ἀνατολή, inquit, ἔστιν ἡ τοῦ ζωδίου παντός, — ἐπιτολὴ δὲ τὸ ὑπὸ τὸ ζώδιον. Neque tamen raro negligitur discrimen, et ὁ ἥλιος ἐπιτείλας dicitur.

[669, 10.] Scribendum videtur: Εἰς ἐ]μφανῶν κατάστα[σιν]. ὁπότε ἔδει ἢ κλῆρον dein pro φόριον reponendum: φώριον; ita enim dicebatur res furto ablata, testis est *Pollux* VIII, 33, denique pro ἀφήγησις, quod nihili est, repone: ὑφήγησις, id enim nomen iudicio erat, quo publica bona dolo malo intercepta repetebantur; cf. de lit. Attic. p. 260.

[269, 15.] Verba καὶ ἥ τε βουλὴ — ἐπίβαλε non lexicographi sed oratoris nescio cuius esse videntur. De ἐπιβολῇ cf. de lit. Attic. p. 34. sq.

---

[3]) Pro ρα potius est αλ, ex emendatione. tum μεμι (νως) Dobr.

[1]) δη (τι) fere. Debebat δηλοῖ. Dobr.

'Επιδήμιος ἄρχων: ὁ δήμου τινὸς τῶν ἐν τῇ 'Αττικῇ ἄρχων.

'Επίσκημμα καὶ ἐπίσκηψις: ὅταν τις ἐπιλάβηται γραμμάτων ἢ μαρτυριῶν, ἐπιλάβηται δὲ μέχρις οὗ ταῦτα διακρίνας.

'Επιτίμιον τὴν κατὰ τῶν σιωπησάντων γραφήν: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ 'Αντιγένους ἀμβλώσεως· „σκέψασθε δὲ καὶ ἃ 'Αντιγένης πεποίηκεν· οὗτος γὰρ γραψάμενος τὴν μητέρα ἡμῶν ἀξιοῖ λαβεῖν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἀγωνίσασθαι μὲν, ἵνα μὴ ἀποτίσῃ τὰς χιλίας δραχμὰς, ἃς δεῖ ἀποτίνειν, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ γραψάμενος“· τὸ δ' αὐτό φησι καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνους.

'Επιθαυμάζειν: δώροις δεξιοῦσθαι· 'Αριστοφάνης „ἐπιθαυμάζειν τὸν διδάσκαλον.“

'Επίταγμα: δύο τέλη ἱππέων, ἀνδρῶν ,θϛς.

[669, 17.] *ἐπιδήμιον* quis Atticorum scriptorum ea potestate dixerit, nescimus.

[669, 18.] *ἐπίσκηψιν* iudicium esse falsi testimonii et *ἐπισκήπτεσθαι* eum dici, qui eo iudicio utatur, satis constat, *ἐπίσκημμα* autem quis in hac caussa dixerit nescio, ut paene malim eius loco *ἐπισκήψασθαι* rescribi. Quod vero et hic grammaticus et *schol. Platon.* legg. IX. p. 455. Bekk. *μαρτυριῶν ἢ γραμμάτων* distinguunt, non est ita intellegendum, quasi vero *ψευδομαρτυριῶν* iudicium in eum quoque datum sit, qui falsis tabulis fuerit usus; immo *γράμματα* tabulae dicuntur, quibus inscripta erant testimonia. — Novissima sic fere restituerim: *ἐπιλαβέσθαι δὲ ἐξῆν μέχρις οὗ ταῦτα διακρίναι*, id quod non ad Attica sed ad Platonis leges spectare videtur; Plato enim de legg. XI, p. 937. institui voluit *ψευδομαρτυριῶν* iudicium *πρὶν τὴν δίκην διακεκρίσθαι* id est antequam res ea iudicaretur, in qua falsum datum esset testimonium.

[669, 20.] Delendum est *τήν; σιωπᾶν γραφὴν* dixit quod forensis usus apud Athenienses *μὴ ἐπεξέρχεσθαι* appellaverit; similiter p. 665, 7. *καταχαρίσασθαι τὴν σιγήν* dixit. — De Lysiae oratione c. Antigen. cf. *Hoelscher.* de vit. et script. Lys. p. 134. — v. 21. *καὶ ἃ 'Αντιγένης*] Cod. *καὶ ὡς 'Α.*, sed *ὡς* ex *καὶ* ortum esse et *ἃ* propter sequentis verbis initialem litteram intercidisse videtur. — 22. *οὗτος γὰρ γραψάμενος*] Cod. *οὗτος γραψάμενος*. — *ἀγωνίσασθαι* pendet ab *ἀξιοῖ*, alioquin expectes: *ἀγωνίζεται*. v. 26. *ἀποτίνειν*] Cod. *ἀποτείνειν*. 26. Cod. *Δμοσθένης ἐ. τ. κ. Θεοκρίνην*. *Demosth.* c. Theocr. 1323, 20. 1325, 15.

[669, 27.] Cf. *Suid. Zonar.* s. v. — *Aristoph.* Nub. 1150.

[669, 29.] Haec glossa mihi non uno nomine offensioni est; neque enim credibile est *ἐπιτάγματος* vocabulo, quo ut praeteream „imperatum“ dici, si militum aliquot genus significatur, aliud non videtur posse significari, quam qui *ἐπίτακτοι* dicuntur, i. e. qui in acie quasi in subsidiis collocati sunt, eo igitur duas alas equitum Atticorum esse dictas; his *ταγμάτων*, non *ἐπιταγμάτων* fuerit nomen; certe *Schol. Arist.* Eq. 225. *ἱππεῖς τάγμα ἐν τῇ 'Αττικῇ. Lex. Rhet.* 226, 22. *ἦσαν δὲ ἵππαρχοι δύο ἡγούμενοι τῶν ἱππικῶν ταγμάτων.* Verum etiam offendit, quod eas alas equitum novem millibus et nonaginta sex constitisse scribit; etsi enim *διάφορα ἦν ἱππέων πλήθη κατὰ χρόνον 'Αθηναίοις*, ut ait *Hesych.* v. *ἱππῆς*, numquam tamen, ne florentissimis quidem rebus, equitatus Atheniensium amplior erat mille, aut, si sagittarios equites addis, amplior mille ducenti equites; cf. *C. F. Hermann.* de equitib. Attic. p. 36 sqq. Numerus igitur sine dubio corruptus est; sed cum quo tempore naucrariae quadraginta octo Atheniensibus erant, earum singulae binos equites praebere soliti sint (*Poll.* VIII, 105.), ut universi essent nonaginta sex, facile est verum numerum restituere abiecta modo ,θ littera. Sed quantuscunque equitatus civilis — nam de peregrino hic non agitur — fuerit Atheniensibus, quem temporibus aliis alio fuisse numero iam diximus, semper ille duo *τάγματα* s. binas alas constituebat, uti semper equitatui bini praeerant hipparchi. Iam igitur, si periclitari licet, glossam sic fere restituerim: *'Επίταγμα [καὶ τάγμα διαφέρει· ἐπίταγμα μέν ἐστιν τῶν ἐπιτεταγμένων ἐν τῇ μάχῃ, τῷ πονοῦντι μέρει βοηθεῖν. τάγματα] δύο τέλη ἱππέων, ἀνδρῶν ϟϛ' [τὸ πρῶτον].*

I. Scholae Theologorum.

1. *Professorum ordinariorum.*

I. A. L. WEGSCHEIDER, Dr. DECANVS.

I. Publice cursum interpretationis librorum ss. N. T. biennii spatio absolvendum denuo auspicaturus *historiam passionis et resurrectionis Iesu Christi* illustrabit d. Sat. hor. VIII. adiunctam scholis

II. Privatim habendis, quibus evangelia *Matthaei, Marci* et *Lucae* methodo *synoptica* interpretabitur ad normam *Synopsis Griesbach.*, cuius editionem novissimam curavit b. *Maurit. Roediger*, h. VIII. quinquies per hebd.

III. Privatissime et gratis Seminarii regii theologici exercitia ad *librorum ss. N. T. interpretationem* pertinentia moderari perget d. Sat. h. IX.

CHRIST. FR. FRITZSHE, Dr.

I. Publice diebus Ven. et Saturn. hora III—IV. *vaticinia Veteris Testamenti messiana* sermone latino interpretabitur.

II. Privatim senis diebus hor. IV—V. *Theologiam dogmaticam* docebit.

III. Privatissime 1) *Theologiam dogmaticam* examinando repetet; 2) in *interpretando Novo Testamento* exercebit.

IV. In Seminario regio theol. *exercitationes catecheticas* moderari perget.

HERM. HUPFELD, Dr.

I. Publice capita *Geneseos historiam Iosephi* attinentia interpretabitur d. Sat. hor. IX.

II. Privatim 1) *Iesaiam* interpretabitur quinis diebus hor. IX.; 2) *archaeologiam Hebraicam* tradet quaternis diebus hor. III.

III. In Seminario regio theologico *exercitationes exegeticas V. T.* moderabitur.

B. A. MARKS, Dr.

I. Publice *lectiones homiletico-practicas in passionis et mortis historiam I. Chr.* continuabit bis per hebd. hora II—III.

II. Privatim *artem homileticam* praemissa *eius historia* docebit quinquies p. h. h. III—IV.

III. In Seminario reg. theol. *exercitationes classis homileticae et liturgicae* moderabitur.

IUL. MUELLER, Dr.

I. Publice *Ethices christianae historiam* breviter enarrabit d. Saturni hor. X—XI.

II. Privatim 1) *Ethicen christianam* quinis p. hebd. scholis hor. X—XI; 2) *Theologiam symbolicam* quater p. hebd. docebit hor. XI—XII.

III. Privatissime et gratis *societatis homileticae exercitationes* moderari perget die Martis hor. V—VIII.

CAR. THILO, Dr.

I. Publice ex instituto Lenziano *de discrimine librorum N. T. canonicorum et apocryphorum* disseret dieb. Ven. et Sat. hor. X — XI.

II. Privatim *historiae ecclesiasticae priorem partem* narrabit quotidie hor. XI — XII.

III. In Seminario regio theologico *exercitationes classis historicae* moderari perget.

A. THOLUCK, Dr.

I. Publice 1) *historiam theologiae aetatis nostrae* tradet semel p. h. 2) *dicta probantia N. T.* confabulando persequetur semel p. h.

II. Privatim 1) *Encyclopaediam et methodologiam theologicam* tradet binis p. h. h. die Iovis h. vesp. VI — VIII; 2) *Epistolam ad Romanos* interpretabitur *vitamque Pauli apostoli* exponet quinquies p. h. h. X — XI.

III. In Seminario regio *exercitationes classis dogmaticae* moderari perget.

2. *Professorum extraordinariorum.*

A. F. DÄHNE, Dr.

I. Publice *historiam ecclesiae christianae inde a sacris per Lutherum reformatis usque ad nostra tempora* enarrabit dieb. Merc. et Sat. hor. VII — VIII.

II. Privatim *epistolas Pauli ad Corinthios* interpretabitur quater per hebd. hor. VII — VIII.

III. Privatissime *historiam ecclesiae christianae* examinando repetet quater per hebd. horr. adhuc deff.

C. CH. L. FRANKE, Dr.

I. Publice *exercitationes catecheticas* moderabitur hor. defin.

II. Privatim *encyclopaediam et methodologiam studii theologici* tradet dieb. Lun. et Mart. hor. II — III.

H. E. F. GUERIKE, Dr.

I. Publice *Pauli ad Titum et Timotheum epistolas* explicabit binis diebus hora VII — VIII.

II. Privatim 1) *historiam dogmatum* enarrabit quinquies p. h. hora VIII — IX; 2) *statisticen ecclesiasticam* docebit, sive praesentem ecclesiae christianae universae omniumque eius partium per totum orbem tum internum tum externum statum, totius historiae ecclesiasticae summam, describet quaternis diebus hora VII — VIII.

H. A. NIEMEYER, Dr.

I. Privatim 1) *Introductionem in libros N. T.* tradet quinquies per hebd. hor. VII — VIII; 2) *Epistolas Pauli ad Romanos et Galatas* interpretabitur hor. VIII — IX.

II. *Exercitationes in Seminario paedagogico* moderari perget hora nondum definita.

3. *Licentiati privatim docentis.*

CAR. SCHWARZ, Phil. Dr. et Theol. Licent.

I. Gratis *de Schleiermacheri theologia eiusque sectatorum* disseret die Sat. h. X — XI.

II. Scholas *privatim* habendas suo loco indicabit.

II. Scholae Iurisconsultorum.

1. *Professorum ordinariorum.*

L. PERNICE, Dr. DECANVS.

I. Publice *selecta iuris privati principum capita* exponet die Saturn. hor. XI.

II. Privatim 1) *Ius publicum civitatum quae foederi Germanico* ascriptae sunt quinquies tradet hor. X.; 2) *Ius feudale* explicabit hora IX. quinquies.

C. F. DIECK, Dr.

I. Publice *Ius rusticorum* e libelli sui de iure Germanico privato editi §§. 333. seq. semel p. h. hora adhuc definienda docebit.

II. Privatim *Ius Germanicum privatum* ex eodem libello quotidie hora XI., et assumta una pomeridiana, proponet.

H. W. E. HENKE, Dr.

I. Publice *scholas examinatorias* continuabit die Saturni h. IX.

II. Privatim 1) *Encyclopaediam et methodologiam iuris universi* proponet diebus Lunae, Martis, Iov. et Vener. hora IX.; 2) *Ius criminale* tam *commune* quam *Borussicum* quotidie docebit hora VIII.

F. L. KELLER, Dr.

I. Publice *scholas exegeticas* hor. defin. habebit.

II. Privatim *pandectas* docebit quotidie hor. X — XII.

E. A. TH. LASPEYRES, Dr.

I. Publice *statum ecclesiasticum Borussiae* tam *antiquum* quam *hodiernum* adumbrabit ter quaterve p. hebd. hora postmeridiana adhuc definienda.

II. Privatim *historiam imperii atque iuris Germanici* tradet h. IX.

C. WITTE, Dr.

I. Publice 1) *Ordinem iudiciorum privatorum secundum praecepta iuris Romani* tractabit die Sat. hor. VII — IX.; 2) *Ius hereditarium Borussicum* bis per hebd. hora XI.

II. Privatim 1) *Institutiones et historiam iuris Romani* quinquies per hebd. proponet hor. VII — IX.; 2) *Ius commune Borussicum* docebit quotidie h. XII.; 3) *Exercitationes practicas* eadem qua hactenus ratione instituet semel per hebdom. h. adh. defin.

2. *Doctorum privatim docentium.*

F. G. ECKENBERG, Dr.

1) *Processum iuris communis* senis p. h. horis explicabit; 2) *Pandectas* examinando repetet

C. O. MUELLER, Dr.

I. Privatim *selecta Institutionum Gaii et Iustiniani capita* interpretabitur institutis simul disputandi exercitationibus diebus Lunae, Iovis, Saturni hora IV.

II. Privatissime *ius Romanum aliasque iuris disciplinas* examinando repetet horis adhuc definiendis.

C. ED. PFOTENHAUER, Dr.

Privatim 1) *Institutiones iuris Romani* quotidie hor. VII — VIII.; 2) *Ius hereditarium*, ultimam Pandectarum partem, quin. p. h. diebus hor. IX — X. docebit.

III. Scholae Medicorum.

1. *Professorum ordinariorum.*

E. d'ALTON, Dr. DECANVS.

I. Publice *Anatomiae comparatae partem alteram* h. IX — X. dieb. Merc. et Sat. docebit.

II. Privatim 1) *Osteologiam et Syndesmologiam* h. VIII. dieb. Lunae, Mart., Iov. et Ven.; 2) *Physiologiam* experimentis et demonstrationibus adhibitis quotidie h. X.; 3) *Anatomiam pathologicam* h. VII. matutina dieb. Lunae, Mart., Iovis et Veneris tradet.

E. BLASIUS, Dr.

I. Publice de *operationibus ophthalmiatricis* dieb. Saturni hor. III — IV. disseret.

II. Privatim 1) *Akiurgiam* quinquies per hebd. hor. III — IV. tradet eique demonstrationes et proprias commilitonum exercitationes in cadaveribus humanis adiunget; 2) *Exercitationibus clinicis chirurgico-ophthalmiatricis* in nosocomio academico quotidie h. X — XI. praeesse perget.

III. Privatissime *Operationes ophthalmiatricas* horis adhuc definiendis demonstrabit et ad easdem in oculis brutorum perficiendas commilitionibus occasionem praebebit.

L. H. FRIEDLAENDER, Dr.

I. Publice *Encyclopaediam et methodologiam medicam* dieb. Mart. et Ven. hor. VIII. tradet.

II. Privatim *Pharmacologiam* s. universae materiae medicae notitiam hor. IX.

H. F. HOHL, Dr.

I. Publice Doctrinam de *morbis placentae* et *funiculi umbilicalis* tradet.

II. Privatim 1) *Artis obstetriciae theoriam* sexies p. h. hor. IV. docebit; 2) *Exercitationibus clinicis obstetriciis* quotidie hora IX. praeesse perget.

P. KRUKENBERG, Dr.

I. Publice Examinatorium *de rebus quae ad historiam et curationem morborum spectant* continuabit die Saturn. hor. pomerid. IV — VI.

II. Privatim 1) *Partem priorem pathologiae et therapiae specialis* tradet senis p. h. diebus h. mat. VI — VIII.; 2) *Pathologiam et therapiam pulmonum, cordis et cutis* docebit sexies p. h. h. VIII — IX.; 2) *Exercitationibus clinicis* quotidie hor. XI — I. praeerit.

A. V. VOLKMANN, Dr.

I. Publice Doctrinam de *generatione* tradet hor. IV.

II. Privatim *Physiologiam corporis aegroti* s. pathologiam generalem horis IV.

2. *Doctorum privatim docentium.*

L. KRAHMER, Dr.

Privatim 1) *Pharmacologiam* hor. IX.; 2) *Medicinam forensem* dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. IV.

C. LITZMANN, Dr.

Privatim Doctrinam de *operationibus obstetriciis* una cum *exercitationibus in phantomate instituendis* dieb. Merc. et Sat. h. IV.

E. MAYER, Dr.

Privatim *Anatomiam pathologicam* docebit quater p. h. hor. IV.

I. ROSENBAUM, Dr.

I. Gratis de *morbis cutis* quater per hebd. disseret hor. III — IV.

II. Privatim *Physiologiam, pathologiam et therapiam generalem* tradet sexies per hebd. hor. VIII — IX.

III. Privatissime et gratis *de rebus medicis latine disputandi exercitationes* moderari perget.

IV. Scholae Philosophorum.

1. *Professorum ordinariorum.*

I. S. C. SCHWEIGGER, Dr. DECANVS.

I. Publice 1) Studia eorum, qui societate ad physicam spectante iunguntur, moderabitur d. Saturni hor. IV.; 2) *Antiquitates physicas*, quae *Samothracum mysteria* dicuntur, diebus horisque commodis explicabit, ratione habita libri sui: „Einleitung in die Mythologie auf dem Standpuncte der Naturwissenschaft."

II. Privatim 1) *Physicam experimentorum ope* tradet, adhibito libro: „Pouillet Lehrbuch der Physik und Meteorologie, bearbeitet von Dr. I. Müller." hor. IV — V. quiquies p. h. 2) Eorum studiis, qui *physicis experimentis* in ergasterio academico operam dare volent, commodam parabit opportunitatem.

G. BERNHARDY, Dr.

Privatim *Platonis convivium* dieb. Lun., Mart. et Iov. hor. X — XI. et *Ciceronis de natura deorum* libros iisdem diebus hor. IX. interpretabitur.

Idem sodalibus Seminarii philologici *Thucydidem* proponet explicandum, suetasque disputandi scribendique exercitationes regere perget hor. IX.

L. G. BLANC, Dr.

I. Publice Interpretationem dramatum *Victoris Hugonis* continuabit d. Lun. et Iov. hor. I.

II. Privatim *Grammaticam linguae italicae* docebit dieb. Mart., Merc. et Ven. hor. XII.

H. BURMEISTER, Dr.

I. Publice *Entomologiam* dieb. Merc. et Sat. hor. XI. docebit.

II. Privatim *Zoologiam generalem* tradet sexies per hebd. hor. IX.

I. F. G. EISELEN, Dr.

I. Publice *de re pecuniaria* disseret semel p. hebd. hor. XI.

II. Privatim 1) *Encyclopaediam disciplinarum cameralium* quinquies per hebd. hor. X.; 2) *Statisticen regni Borussici* quinis per hebd. scholis tradet hor. XI.

I. E. ERDMANN, Dr.

I. Publice *de Spinozismo* disseret semel p. hebd. hor. adhuc defin.

II. Privatim 1) *Psychologiam* docebit libellum a se editum (Grundriss der Psychol. 2. Aufl.) secuturus quinquies per hebd. hor. IV.; 2) *Philosophiam religionis* exponet quinis p. hebd. hor. V.

G. G. GERLACH, Dr.

I. Publice *Encyclopaediam philosophiae* dieb. Merc. et Sat. hor. XI.

II. Privatim 1) *Logicam* quaternis dieb. hor. XI. docebit; 2) *Metaphysicam* exponet dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. IV.

E. F. GERMAR, Dr.

I. Publice 1) *Demonstrationes mineralogicas* in usum sodalium seminario physico adscriptorum instituet d. Merc. hor. III.; 2) *de petrefactis* disseret dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. III.

II. Privatim *Mineralogiam* docebit sexies p. hebd. hor. XII.

I. G. GRUBER, Dr.

Publice *Anthropologiam* docebit quinis p. hebd. diebus hor. VIII.

H. F. G. HINRICHS, Dr.

I. Publice *de vita et scriptis Goethii et Schilleri* disseret die Merc. hor. VI.

II. Privatim 1) *Aestheticam* quater per hebd. docebit hor. IV.; 2) *Philosophiam historiae* quaternis per hebd. scholis explicabit hor. adhuc defin.

H. LEO, Dr.

I. Publice perget in interpretanda chrestomathia Wackernageliana (Altdeutsches Lesebuch. Basel 1839.) semel per hebd. hor. XII.

II. Privatim 1) *Recentiorum temporum enarrabit historiam* a fine saeculi XV. ad usque annum 1786 quinquies per hebd. hor. XII.; 2) *Poeseos germanicae in medio quod vocant aevo historiam* tradet quater p. hebd. hor. III.

M. H. E. MEIER, Dr.

I. Privatim quinquies p. h. hor. XI — XII. *Antiquitates iuris publici Romanorum* enarrabit.

II. Privatissime et gratis Seminarii philologici exercitia moderabitur bis p. h. hor. IV — V. et *Plauti fabulam Bacchidum* sodalibus interpretandam tradet.

F. A. POTT, Dr.

I. Publice 1) *Nalum*, carmen indicum, ex Boppii ed. explicabit dieb. Lun. et Iov. h. XI.; 2) *de populorum linguarumque prosapia quam vocant Indogermanica* disseret dieb. Merc. et Sat. hor. XI.

II. Privatim *Grammaticam linguae graecae* docebit dieb. Lun., Mart. et Iov. hor. III.

A. G. RAABE, Dr.

I. Publice *Horatii artem poeticam* et *carmen saeculare* illustrabit commentario perpetuo dieb. Merc. et Sat. hor. X.

II. Privatim *historiam eloquentiae Graecorum et Romanorum* tradet quaternis dieb. h. IX.

AEM. ROEDIGER, Theol. et Phil. Dr.

I. Publice 1) *Canticum canticorum* interpretabitur d. Saturn. hor. IX.; 2) *Haririi Makamas aliosque libros arabicos* explanare perget hor. defin.

II. Privatim 1) *Iobi* librum exponet quinis per hebd. dieb. hor. IX.; 2) *Grammaticam arabicam cum hebraea comparatam* tradet binis dieb. hor. III.

A. ROSENBERGER, Dr.

I. Publice *Trigonometriam planam et sphaericam* tradet ter p. hebd. hor. V.
II. Privatim 1) Aut Algebram docebit aut Calculum integralem tradet quater p. hebd. h. IV.
III. Privatissime et gratis *Exercitia seminarii mathematici et physici* moderabitur.

L. ROSS, Dr.

Commeatu impetrato per Graeciam et Asiam hac aestate itinera amplificandarum antiquitatum causa inita continuabit.

D. F. L. de SCHLECHTENDAL, Dr.

I. Publice *Graminum familiam naturalem* demonstrabit die Merc. hor. III.
II. Privatim *Botanices partem priorem*, organographiam scilicet, anatomiam et physiologiam plantarum tractabit, iunctis excursionibus et demonstrationibus, sexies per hebd. hor. VII. mat.
III. Privatissime et gratis *exercitia botanica* in seminario mathematico et physico moderabitur hora commoda.

L. A. SOHNCKE, Dr.

I. Publice *Exercitia seminarii mathematici et physici* moderabitur.
II. Privatim 1) *Calculum differentialem* tradet dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. VIII.; 2) *Geometriam analyticam* explicabit iisdem dieb. hor. VII.
III. Privatissime *Repetitorium mathematicum* instituet dieb. Merc. et Sat. hor. VII.

2. *Professorum extraordinariorum.*

M. DUNCKER, Dr.

I. Privatissime et gratis *societatis historicae exercitationes* moderari perget semel per hebd. hor. adhuc defin.
II. Privatim *Historiam antiquam* dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. XII. enarrabit.

I. C. GARTZ, Dr.

I. Publice *historiam matheseos* tradere perget dieb. Merc. et Sat. hor. V. vespert.
II. Privatim vel *calculum differentialem et integralem* vel *Geometriam analyticam* docebit binis quotidie lectionibus hor. VI — VIII. mat.

R. F. MARCHAND, Dr.

I. Publice 1) *Chemiae stoechiometricae elementa* tradet semel per hebd. hor. adhuc defin. 2) *Exercitia seminarii mathematici et physici* moderabitur hor. adhuc defin.
II. Privatim 1) *Chemiam experimentalem generalem* una cum technologiae parte chemica docebit sexies per hebd. h. XI.; 2) Principia *Chemiae physiologicae* secundum librum a se editum (Physiologische Chemie. Berlin 1843) exponet et experimentis demonstrationibusque microscopicis illustrabit quater per hebd. hor. IV.
III. Privatissime *Exercitationes chemicas* offert in laboratorio chemico.

I. SCHALLER, Dr.

I. Publice *Philosophiam naturae* docebit dieb. Lun. et Iov. hor. V.
II. Privatim 1) *Logicam et metaphysicam* tradet quinquies hor. IV.; 2) *de Straussii theologia dogmatica* expositionem criticam dabit dieb. Mart. Merc. et Ven. hor. V.

C. STEINBERG, Dr.

I. Publice 1) *de aeris et aquae physicis chemicisque rationibus* d. Merc. hor. XI.; 2) *Exercitia seminarii mathematici et physici* moderabitur die Sat. hor. XI.

II. Privatim 1) *Elementa chemiae* experimentis adhibitis tradet quater per hebd. hor. XI.; 2) *Chemiam pharmaceutico-medicam* s. *pharmacognosiam* docebit quater per hebd. h. II.

III. Privatissime Studia eorum, qui in laboratorio suo *chemiam practicam* exercere volent, moderabitur simulque *venenorum explorandorum* copiam praebebit.

H. ULRICI, Dr.

I. Publice *Historiae artis recentioris* sacrae christianae partem priorem adumbrabit d. Sat. h. V.

II. Privatim *Historiam philosophiae recentioris* inde a Bacone et Cartesio tradet dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. V.

A. WEISE, Dr.

Publice 1) *Doctrinam et historiam picturae* tradet; 2) *artem chalcographicam* exponet.

3. *Doctorum privatim docentium.*

F. A. ARNOLD, Dr.

I. Gratis 1) *Grammaticam linguae Aethiopicae* docebit binis p. hebd. dieb. hor. defin.; 2) *exercitationes Syriacas* instituet semel per hebd. hor. II.

II. Privatim *Psalmos* interpretabitur quinis p. hebd. dieb. hor. XI.

C. A. BUHLE, Dr.

Privatim 1) *Zoologiam* sive historiam animalium e breviario suo quaternis p. hebd. lectionibus tradet hor. IX.; 2) *historiam animalium domesticorum* quater p. hebd. enarrabit hor. I.; 3) *Technologiam* excursionibus instituendis illustrabit hor. II.; 4) *Encyclopaediam oeconomiae* docebit dictata secuturus bis per hebd. hor. III.

H. EISENHARDT, Dr.

Privatim 1) *Iuris philosophiam* ter per hebd.; 2) *Oeconomiam* quam dicunt *nationalem* totidem diebus docebit.

GUIL. HANKEL, Dr.

Privatim *Physicam experimentalem* tradet quinquies per hebd. hor. IV.

L. G. ab HOYER, Dr.

Historiam architecturae tradet die Sat.

I. H. KRAUSE, Dr.

I. Gratis *Ciceronis orationem Verrinam* quartam dieb. Lun. et Sat. hor. VIII — IX. latino sermone interpretabitur.

II. Privatim 1) diebus Lun., Mart., Merc., hora pomerid. VI — VII. historiam artium (nempe fingendi, sculpendi, caelandi, pingendi etc.), quae apud Graecos veteres floruerunt, enarrabit. 2) *Pindari carmina Olympia* dieb. Iov., Ven., Sat., hora pom. VI—VII. explicabit.

ANT. SPRENGEL, Dr.

I. Privatim 1) *Plantas officinales* demonstrabit quaternis p. hebd. dieb. hor. X.; 2) *Excursiones botanicas* instituet dieb. Sat. et Sol.

II. Privatissime offert scholas *repetitorias ad universam historiam naturalem* spectantes.

FR. STAEGER, Dr.

Valetudinis caussa hac aestate scholas non habebit.

G. WEISSENBORN, Dr.

I. Gratis *Schleiermacheri systema* exponet binis horis die Sat. hor. IX—XI.

II. Privatim 1) *Logicam et metaphysicam* docebit quinis per hebd. dieb. hor. IV.; 2) *historiam philosophiae* enarrabit quinis per hebd. dieb. hor. V.

V. SCHOLAE LECTORIS PVBLICI RECENTIORES LINGVAS DOCENTIS.

H. G. HOLLMANN, Dr. et Lector publicus.

I. Publice *linguam Hispanicam* docebit.
II. Privatim *Italicam et Anglicam* linguam tradet.
III. Privatissime *Graecae et Hebraeae* linguae principia tradet, neque iis deerit, qui *Latine, Italice* aut *Anglice loquendi* opportunitatem quaerent.

VI. ARTIVM EXERCITIA.

I. *Historiam musices ecclesiasticae* publice tradet atque in scholis hymnorum ecclesiasticorum cantui destinatis *per quattuor vocum symphoniam cantandi artem* docebit FR. NAUE, Philos. Dr. et Director musices. Idem *artem vocum gravium et acutarum harmoniam in symphoniis regendi* privatim explicabit, neque iis deerit, qui scholis privatissimis musicam sive vocalem sive instrumentalem addiscere cupient.
II. In omnibus *artis graphicae et pictoriae* generibus institutionem theorcticam et practicam offert C. GVIL. HERSCHEL.
III. *Artem equitandi* in hippodromo regio docebit ANDRÉ.
IV. *Artem rudibus batuendi* profitetur LOEBELING.
V. *Saltandi artem* monstrabit WEHRHAHN.

VII. PVBLICA DOCENDI DISCENDIQVE SVBSIDIA.

I. *Bibliotheca academica* civibus huius universitatis patebit diebus Merc. et Sat. hora I — III.: eadem professoribus et doctoribus et seminariorum sodalibus aperietur dieb. Lun., Mart., Iov. et Ven. hor. X — XII. — *Bibliotheca Hungarica* aperietur dieb. Merc. et Sat. hor. I — II.
II. *Theatrum anatomicum* et *Musea* tum *anatomicum* tum *zootomicum*. — Aditus ad *Meckelii collectiones anatomicas* dabitur suo loco petentibus.
III. *Hortus botanicus* et *Herbarium academicum*.
IV. *Nosocomia clinica* 1) medicum, 2) chirurgicum, 3) obstetricium.
V. *Specula astronomica*.
VI. *Museum physicum* et *Ergasterium chemicum*.
VII. *Museum zoologicum* hor. I — III. die Mercurii aperietur.
VIII. *Museum mineralogicum* iis, qui studiis mineralogicis iam operam dederunt, die Mart. h. II — IV. aperietur.
IX. *Collectum imaginum aeri incisarum* dieb. Mart. et Sat. hor. II — IV. inspiciendi copiam faciet WEISE, Phil. Dr. et Prof. extraordinarius.
X. *Societatis Thuringae Saxonicae* ad investigandas patriae antiquitates institutae apparatum monumentorum antiquorum inspiciendi copiam faciet FOERSTEMANN, Theol. et Phil. Dr.

VIII. SEMINARIA.

1) *Theologicum.* Exercitationibus exegeticis Vet. et Nov. Testamenti praesunt HUPFELD et WEGSCHEIDER, historicis THILO, dogmaticis THOLUCK, homileticis MARKS, catecheticis FRITZSCHE.
2) *Paedagogicum.* Huic praeest NIEMEYER.
3) *Philologicum.* Huic praesunt MEIER et BERNHARDY.
4) *Mathematicum omniumque disciplinarum physicarum.* Huic praesunt SCHWEIGGER, GERMAR, ROSENBERGER, DE SCHLECHTENDAL, SOHNCKE, BURMEISTER, MARCHAND et STEINBERG.

SCHOLAE HORARVM ORDINE DESCRIPTAE.

HORA.	I. THEOLOGORVM.	II. IVRISCONSVLTORVM.	III. MEDICORVM.	IV. PHILOSOPHORVM.
VI-VII.	" " "	" " "	*Krukenberg* pathol. et therap. special. (6).	*Gartz* calcul. different. et integral. vel geom. analyt. (6).
VII-VIII.	*Daehne* epp. ad Corinth. (4). *Idem* histor. eccles. Christ. inde a Sacris p. Luther. ref. usque ad nostr. temp. (2). *Guerike* epist. ad Tit. et Tim. (2). *Idem* statistic. eccles. (4). *Niemeyer* introduct. in libros N. T. (5).	*Witte* institt. et hist. iur. Rom. (5). *Idem* ordin. indicior. privator. sec. praecept. iur. Rom. (1). *Pfotenhauer* institt. iur. Rom. (6).	*d'Alton* anatom. pathol. (3). *Krukenberg* pathol. et therap. spec. (6).	*de Schlechtendal* botanic. part. prior. (6.) *Sohncke* geometr. analyt. (4). *Idem* repetit. math. (2). *Gartz* calcul. different. et integr. vel geom. analyt. (6.)
VIII-IX.	*Wegscheider* evv. Matth., Marc. et Luc. (5). *Id.* hist. pass. et resurr. J. Chr. (1.) *Guerike* hist. dogm. (5). *Niemeyer* epist. ad Roman. et Galat. (5).	*Henke* ius crim. (6). *Witte* institt. et hist. iur. Rom. (5.) *Idem* ordin. ind. privat. (1).	*d'Alton* osteol. et syndesm. (4). *Friedlaender* encycl. et method. (2). *Krukenberg* morb. pulmon. cordis et cutis (6). *Rosenbaum* physiologiam, pathol. et therap. generalem (6).	*Gruber* anthropolog. (5). *Krause* Verrin. (2). *Sohncke* calcul. different. (4).
IX-X.	*Hupfeld* Jes. et Gen. (5). *Wegscheider* exercitt. in Seminario theol. instit. (1.)	*Pernice* ius feud. (5). *Laspeyres* hist. imp. et iur. Germ. (6). *Henke* encycl. et method. (4). *Idem* Scholl. exam. (1). *Pfotenhauer* ius. hered. Rom. (5).	*d'Alton* anat. comp. (2). *Friedlaender* pharmacol. (6). *Hohl* exercitt. clin. (6). *Krahmer* pharmacol. (6).	*Bernhardy* Cic. de nat. deor. (3). *Idem* semin. philol. (2). *Burmeister* zool. general. (6). *Raabe* hist. eloquent. Graec. et Rom. (4). *Roediger* cantic. canticor. (1). *Idem* Job. (5). *Buhle* zool. (4). *Weissenborn* Schleierm. syst. (1).
X-XI.	*Mueller* ethic. christ. hist. (1). *Idem* ethic. christ. (5). *Thilo* de apocryphis Nov. Test. (2.) *Tholuck* epist. ad Roman. (5). *Schwarz* de Schleierm. theol. (1).	*Pernice* ius Germ. publ. (5). *Keller* Pand. iur. Rom. (6).	*d'Alton* physiol. (6). *Blasius* exercitatt. clin. (6).	*Bernhardy* Plat. conviv. (3). *Eiselen* encycl. discipl. camer. (5). *Raabe* Horat. art. poet. et carm. saec. (2). *Sprengel* plant. officin. (4). *Weissenborn* Schleierm. syst. (1).
XI-XII.	*Thilo* historiae eccles. prior. part. (6.) *Mueller* theol. symb. (4).	*Pernice* select. iur. priv. princip. cap. (1). *Dieck* ius. Germ. pr. (6). *Witte* ius. hered. Boruss. (2). *Keller* Pand. iur. Rom. (6).	*Krukenberg* exercitt. clin. (7.)	*Burmeister* entomol. (2). *Eiselen* de re pecun. (1). *Idem* statistic. regni Boruss. (5). *Gerlach* encycl. philos. (2). *Idem* logic. (4). *Meier* antiquitat. Rom. iur. publ. (5). *Pott* Nalum. (2). *Idem* de prosapia Indogerman. (2). *Marchand* chem. experim. general. (6). *Steinberg* elem. chem. (4). *Id.* de aeris et aquae phys. et chem. rat. (1). *Arnold* Psalm. (5).

SCHOLAE HORARVM ORDINE DESCRIPTAE.

HORA.	I. THEOLOGORVM.	II. IVRISCONSVLTORVM.	III. MEDICORVM.	IV. PHILOSOPHORVM.
XII — I.	,, ,, ,,	*Witte* ius commun. Boruss. (6).	*Krukenberg* exercitt. clin. (7).	*Blanc* gramm. ling. ital. (5). *Germar* mineral. (6). *Leo* interpret. Wakkernagel. (1). *Idem* hist. recent. temp. (5). *Duncker* hist. antiq. (4).
I — II.	,, ,, ,,	,, ,, ,,	,, ,, ,,	*Blanc* interpret. Vict. Hugo. (2). *Buhle* hist. anim. domest. (4).
II — III.	*Marks* lect. homil. pract. in hist. pass. I. Chr. (2).	,, ,, ,,	,, ,, ,,	*Steinberg* pharmacol. (4). *Arnold* exercitt. syr. (1). *Buhle* technol.
III — IV.	*Fritzsche* vaticinia V. T. mess. (2). *Hupfeld* archaeol. bibl. (4). *Marks* art. homil. praemiss. eius hist. (5).	,, ,, ,,	*Blasius* akiurg. (5). *Idem* operatt. ophthalmiatr. (1). *Rosenbaum* de morbis cutis (4).	*Germar* demonstr. miner. (1). *Idem* de petrefact. (4.) *Leo* hist. poes. germ. (4). *Pott* gramm. graec. (5). *Rödiger* gramm. arab. (2). *de Schlechtendal* famil. gramin. (1). *Buhle* encycl. oeconom. (2.)
IV -- V.	*Fritzsche* theol. dogm (6).	*Mueller* select. institutt. Gaii et Iustin. cap. (3).	*Hohl* theor. obstetr. (6). *Krahmer* med. for. (4). *Krukenberg* exam. path. (1). *Litzmann* operatt. obstetr. (2). *Mayer* anatom. path. (4.)	*Schweigger* sem. phys. (1). physic. exper. (5.) *Erdmann* psych. (5). *Gerlach* metaphys. (4). *Hinrichs* aesthet. (4). *Meier* exercitt. sem. (2). *Rosenberger* calcul. different. (4). *Marchand* princip. chem. physiol. (4). *Schaller* logic. et metaph. (5). *Hankel* physic. experim. (5). *Weissenborn* logic. et metaph. (5).
V -- VI.	*Müller* exerc. soc. hom. (1).	,, ,, ,,	,, ,, ,,	*Erdmann* philos. rel. (5). *Rosenberger* trig. plan. et sphaer. (3). *Gartz* histor. math. (2). *Ulrici* hist. art. christ. (1). *Idem* hist. philos. recent. (4). *Schaller* philos. nat. (2). *Idem* de Straussii theol. dogm. (3). *Weissenborn* hist. philos. (5).
VI — VII.	*Mueller* exerc. soc. hom. (1).	,, ,, ,,	,, ,, ,,	*Hinrichs* de vita et script. Goethii et Schiller. (1). *Krause* histor. art. (3). *Idem* Pindar. (3).
VII — VIII	*Müller* ex. soc. hom. (1). *Tholuck* encycl. et meth. theol. (2).	,, ,, ,,	,, ,, ,,	,, ,, ,,

HORIS DEFINIENDIS.

SCHOLAE THEOLOGORVM.	SCHOLAE IVRISCONSVLTORVM.	SCHOLAE MEDICORVM.	SCHOLAE PHILOSOPHORVM.
Fritzsche scholas privatiss. et exercitatt. sem. catech. *Hupfeld* linguae Syriacae elem. et exercitatt. exeg. Vet. Test. in semin. regio. *Marks* exercitt. sem. homil. et liturg. *Thilo* exerc. sem. theol. hist. *Tholuck* exerc. sem. dogm. *Dähne* scholas privat. de hist. eccles. *Franke* exercitt. catech. *Niemeyer* exercitt. semin. paedag.	*Keller* scholl. exeg. *Laspeyres* statum eccles. Boruss. (3). *Dieck* ius rustic. (1). *Witte* exercitt. pract. (1). *Eckenberg* process. civilem (6). *Idem* et *Müller* examinatt. et repetitt.	*Blasius* operatt. ophthalm. *Hohl* morb. placent. et fun. umbil. *Volkmann* de generatione et pathol. gener. *Rosenbaum* de rebus medicis latine disput. exercitt.	*Schweigger* antiquitatt. physic.; phys. experim. in ergast. acad. *Erdmann* de Spinoz. (1). *Roediger* Haririi Makamas. *Hinrichs* philos. hist. (4). *Rosenberger* exercitt. sem. math. *de Schlechtendal* exercitt. bot. (1). *Sohncke* exercitt. semin. mathem. *Duncker* exercitt. soc. hist. (1). *Marchand* elem. chem. stoech. (1). *Idem* exercitt. sem. phys. *Steinberg* exercitt. chem. *Weise* doctr. pict. *Idem* de art. chalcogr. *Arnold* gramm. Aethiop. (2). *Eisenhart* iur. philos. (3). *Idem* oecon. nat. (3). *ab Hoyer* histor. architect. *Sprengel* scholl. repet. *Hollmann* scholl. omn.